Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



lxxvij

tatis. Hec nox est in qua destructis vinculis mortis xpus ab in
feris victor ascendit. Nichil enim nobis nasci profuit nisi redi
mi profuisset. O mira circa nos tue pietatis dignatio. O
inestimabilis dilectio caritatis ut seruum redimeres filium tradidi
sti. O beata nox que sola meruit scire tempus et horam in
qua xpus ab inferis resurrexit. Hec nox est de qua scrip tum
est et nox sicut dies illuminabitur et nox illuminatio in deliciis
meis. Huius igitur sanctificatio noctis fugat scelera culpas
lauat et reddit innocentiam lapsis mestis letitiam. Fugat o
dia concordia parat et curuat imperia. In huius igitur noctis

Hic thus.

gratia suscipe sancte pater, ipsum incensi huius sacrificium
vespertinum quod tibi in hac cera oblatione solleni in per tinen